UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Peccatum committendum, par. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

duos ſcopulos eſſe vitandos: alterum, ne Confeſſarius facile ad hoc ſe ingerat, de qua re diximus alibi; *p* alterum ne nimio zelo ductus eam licentiam facile à junioribus expoſcat; in his enim non raro exortæ conceſſionis periculum latet.

p *Supra in M. b. Confeſſ. lib. 3. c. 9. § 4.*

§. V.

Peccatum committendum.

9 CErtum ſit Quintò, peccatum committendum *q* v.gr. conceptam voluntatem interficiendi inimicum, ſi patefiat Confeſſariò à pænitente, non quidem animo peccatum eludendi, ſed illud v.g. enarrandi, &c. ex dictis cap. 1. n. 4 non occludi Sigillo: at ſi aperiatur animo utcũq; confitendi ſive inchoatè ſive cum ſpe concipiendi dolorem, ſive alio modo non abſimili; eſſe Sigillo reprimendum.

q *Fag. Con ng Henriq. apud Dian. p. 5 tract. 11. reſ. 25.*

Ratio eſt, quia in priore caſu nulla adeſt confeſſio Sacramentalis, adeſt utcumque in poſteriore,

§. 6.

Quæ per errorem, ut neceſſaria, quis fatetur.

10 CErtum ſit Sextò, ea, quæ peccata non ſunt, ſed ut talia Confeſſori afferuntur, & rurſus omnia quæ neceſſaria vel utilia ſive ſunt, ſive etiam, r ab errante pænitente, ut talia ad explicandum ſuum peccatum judicantur, eſſe Sigilli materiam; quia iam ex vi confeſſionis ſacramentalis audiuntur.

r *Malder. tr. de Sig. c. 15.*

11 Dices: ergo ſi pænitens, ad ſuum crimen exprimendum dicat ſe eſſe Sacerdotio initiatum, ſe eſſe Religioſum, Conjugatum, Militem, &c. Confeſſori non liceret hæc divulgare: quod